



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XCIX. Edelstetense Collegivm, Canonissarum, in Suevia, Germaniæ prouincia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

*Stampense
Collegiū.* præbendas perpetuò instituerunt, ubi clerici ordinati die ac nocte diuina celebrant officia. Similiter in Ecclesia Stampensi, quæ fuerat Synagoga factum fuisse vidimus.

Est autem hodieque collegiata Ecclesia S. Crucis in opido Saptis Gallicè *Estampes* inter Lutetiam Parisiorum & Aurelianum sito,

CAPVT XCIX.

*EDELSTETENSE COLLEGIVM, CA-
nonissarum, in Suevia, Germaniæ prouin-
cia.*

Edelstetum, quasi nobilis locus, vel nobilium puerarum locus, aut ut in quibusdam vetustis chartis legi, Ottlinstettum, Canonissarum liberarum & ab omni professione immunium, in Suevia pulcherrimum est collegium, Vrspergensi cœnobio vicinum medio ferè itinere inter Auguſtam & Vlmā, Sueviæ vrbes. Cuius loci virginibus liberum est egredi ac nubere; soli vero Abbatissæ propter benedictionem, integrum non est. Fundatum & liberalissime dotatum est istud collegium anno Christi millesimo centesimo vi gelimo sexto à *Gisela*, *VVernerhi* Comitis de Schvvaberg & Baltzhusen, fundatoris Vrspergensis Germana sorore, quæ apud Lau gingiacum etiam xenodochij fundatrix & ædificatrix fuisse celebratur. Sic ferè Bruschius in Chronologia monasteriorum Germaniæ.

CAPVT